Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



270

aut iustificant: illos ꝛ magnificant. Quid ergo di
cemus ad hec? Si deus pro nobis: quis contra nos?
Qui etiam proprio filio suo non pepercit sed pro nobis
omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo
omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus
electos dei? Deus qui iustificat? Quis est qui con
dempnet? Cristus ihesus qui mortuus est: immo
qui resurrexit qui est ad dexteram dei: qui etiam in
pellat pro nobis. Quis nos separabit a caritate xpi? Tribu
latio an angustia. an persecucio. an fames. an nudi
tas. an periculum. an gladius sicut scriptum est. quia
propter te mortificamur tota die estimati sumus ut oues
occisionis. Sed in hijs omnibus superamus propter eum qui
dilexit nos. Certus sum enim. quia neque mors. ne
que vita. neque angeli. neque principatus. neque virtutes.
neque instantia. neque futura. neque fortitudo. neque al
titudo. neque profundum. neque creatura alia poterit
nos separare a caritate di: que est in xpo ihesu dno nro

In illo tpe. Dixit d. i. d. s. secundum iohannem. 15.
Hec mando vobis: ut diligatis inuicem. Si mun
dus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio
habuit. Si de mundo fuissetis mundus quod suum
erat diligeret. Quia vero de mundo non estis: sed ego e
legi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Memen
tote sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est ser
uus maior domino suo. Si me persecuti sunt et vos
persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: et vrm
seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen
meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venis
sem et locutus fuissem eis. peccatum non haberent. nunc
autem excusacionem non habent de peccato suo qui me odit et patrem
meum odit. Si non opa fecissem eis quemadmodum alius fecit peccatum non haberent. nunc